

CERTIFICAZIONE LATINA 2024

LIVELLO B1

Test B1 – prima parte (comprensione)

Soglia al 75% (30 punti su 40 di cui almeno 4 negli es. 5 e 6)

Svolgimento in 90 minuti


Summarium

Medicus quidam Mediolani dementes et insanos horribili cruciatu curabat. Unus ex his, sanus factus, stultitiam equestris iuvenis ostendit et eum hortatur ut discedat, antequam medicus domum redeat.

1 Fuit olim civis Mediolani(1) dementium(2) et insanorum(3) medicus, qui ad se delatos intra certum
2 tempus sanandos(4) suscipiebat. Erat autem curatio(5) huiusmodi: habebat domi aream(6), et in ea
3 lacunam(7) aquae foetidae(8) atque obscenae(9), in quam nudos ad palum(10) ligabat(11) eos qui
4 insani adducebantur: aliquos usque ad genua(12), quosdam inguine tenus(13), nonnullos(14)
5 profundius(15) pro insaniae modo, ac eos tamdiu(16) aqua atque inedia(17) macerabat(18),
6 quoad(19) viderentur sani. Allatus est inter ceteros quidam, quem usque ad femur(20) in aquam
7 posuit, qui post quindecim (21) dies coepit respiscere(22), ac curatorem(23) rogare ut ex aqua
8 reduceretur. Ille hominem exemit(24) a cruciatu(25), ea tamen condicione, ne aream egrederetur. Cui
9 cum diebus aliquot(26) paruisset, ut universam domum perambularet(27), item ut exteriorem
10 ianuam(28) non egrederetur permisit, reliquis sociis, qui plures(29) erant, in aqua relictis. Paruit
11 diligenter(30) medici mandatis(31). Stans vero aliquando super ostium(32), neque enim egredi
12 audebat timore lacunae, advenientem(33) equestrem(34) iuvenem cum accipitre(35) et duobus
13 canibus, ex his qui sagaces(36) dicuntur, ad se vocavit, rei motus novitate(37), neque enim, quae ante
14 in insania(38) viderat, tenebat memoria. Cum accessisset iuvenis: 'Heus(39) tu,' inquit ille,
15 'ausculta(40), oro, me paucis, ac, si libet, responde: hoc quo veheris, quid est, et quamobrem illud
16 tenes?' 'Equus est,' inquit, 'et aucupii gratia(41).' Tum deinceps(42): 'Vero hoc quod manu gestas(43),
17 quid vocatur et in qua re illo uteris?' 'Accipiter,' respondit, 'et aucupio(44) aptus querquedularum(45)
18 et perdicum(46).' Tum alter: 'Hi qui te comitantur, qui sunt, age, et quid prosunt tibi?' 'Canes,' ait, 'et
19 aucupio accommodati(47) ad investigandas(48) aves.' 'Hae autem aves, quarum capiendarum causa
20 tot res paras, cuius pretii sunt, si in unum conferas totius anni capturam(49)?' Parum quid nescio cum
21 respondisset, et quod sex aureos non excederet, subdit(50) homo: 'Quaenam(52) est equi, canumque
22 et accipitris impensa(52)?' 'Quinquaginta(53) aureorum,' affirmavit(54). Tum admiratus
23 stultitiam(55) equestris iuvenis: 'Ho ho,'(56) inquit, 'abi hinc ocius(57), oro, atque adeo avola(58),
24 antequam medicus domum redeat. Nam si hic te compererit, veluti insanissimum omnium qui vivant,
25 in lacunam suam coniciet curandum cum ceteris mente captis, atque ultra omnes usque ad
26 mentum(59) in aquam summam(60) collocabit.

GLOSSARIUM

1. Mediolani: Mediolanum, i, urbs
2. dementium: illorum qui erant mente capti
3. insanorum: illorum qui erant non sani
4. sanandos: curandos
5. curatio: cura
6. aream: spatium
7. lacunam: lacum
8. foetidae: quae malum odorem habet
9. palum:



10. obscenae: sordidae
11. ligabat: vinciebat
12. genua: genu, us



13. inguine tenus: usque ad ventrem
14. nonnullos: aliquos
15. profundius: altius
16. tamdiu: tam diu
17. inedia: fame
18. macerabat: fatigabat
19. quoad: donec
20. usque ad femur



21. quindecim: XV
22. respiscere: sanus fieri
23. curatorem: medicum
24. exemit: sustulit
25. cruciatu: tormento
26. diebus aliquot: diebus aliquibus
27. perambulare: incederet
28. ianuam: portam
29. plures: multi
30. diligenter: cum cura
31. mandatis: praeceptis
32. ostium: portam
33. advenientem: appetentem
34. equestrem: cum equo

35. accipitre: accipiter, accipitris



36. sagaces: qui facillime praedam inveniunt

37. rei novitate: nova et mira re

38. in insania: cum erat non sanus

39. heus: vox vocantis

40. Ausculta: praebe aures

41. aucupii gratia: ut capiam aves

42. deinceps: deinde

43. gestas: geris

44. aucupio querquedularum et perdicum: ad capiendas querquedulas et perdices

45. querquedularum: querquedula, ae



46. perdicum: perdix, perdicis



47. aucupio accomodati: ad capiendas aves apti

48. investigandas: consequendas

49. capturam: fructum

50. subdit: addit

51. quaenam: quae

55. impensa: pretium

53. quinquaginta: L

54. affirmavit: dixit

55. stultitiam equestris iuvenis: equestrem iuvenem stultum esse

56. ho ho: vox admonentis

57. ocius: celerius

58. avola: curre

59. mentum: os

60. summam: altissimam

1. Scegli il riassunto che meglio corrisponde al testo

1.

Medicus quidam adhibebat curam ad dementes et insanos sanandos, domi suae, Mediolani. In lacuna aquae foetidae et obscenae, quae in interiore area erat, ille insanos macerabat pro insaniae modo, tamdiu quoad sani facti esse viderentur. Viro cuidam, qui cum sanus factus esse videretur post quindecim dies cruciatus et ex aqua egressus esset medici iussu, medicus ipse permisit ut universam domum perambulet, ea tamen condicione, ne aream egrederetur. Ei, qui super ostium stabat, apparuit forte equester iuvenis cum accipitre et duobus canibus, ex his qui sagaces dicuntur. Quem vir sanus factus interrogavit primum de natura, deinde de usu, postremo de pretio et impensa eorum animalium quae ad aucupium accommodata erant. Cum vir accepisset quid interesset inter totius anni pretium et impensam equi, canum et accipitris, et intellexisset stultitiam equestris iuvenis, eum hortatus est ut ocius abiret, ne in lacunam aquae foetidae et obscenae coniceretur ad stultitiam curandam.

2.

Vir quidam, qui in urbe Bononia, domi medici insanos et dementes sanantis curatione adhibenda sanatus erat, cum e lacuna aquae foetidae atque obscenae reductus esset medici iussu, stultitiam iuvenis equestris ostendit. Ille enim, qui parebat diligenter medici mandatis ne exteriorem ianuam egrederetur, stans super ostium, cum vidisset equestrem iuvenem cum accipitre ad querquedularum et perdicum aucupium apto et cum duobus canibus ad investigandas aves accommodatis, novitate rei motus est. Illum igitur vocavit atque interrogavit de pretio avium captarum idque comparavit totius anni impensae equi, canum et accipitris; et cum comperisset eum insanissimum esse omnium qui viverent, eum hortatus est ut ocius abiret, antequam medicus domum rediret et eum in lacunam coniceret.

3.

Cum domi medici cuiusdam, qui Mediolani insanos et dementes curabat, unus eorum, qui post curam quindecim dierum resipiscere coeperat, ex aqua foetida et obscena reductus esset medici ipsius iussu, ei super ostium stanti equester senex accessit, cum accipitre et duobus canibus ex his qui sagaces dicuntur. Novitate rei motus ille ex sene quaesivit qua natura essent primum animal quo veheretur, deinde animal quod manu gestaret, denique qui essent et quid prodessent canes qui eum comitarentur. Cumque ille respondisset impensam equi, canum et accipitris quinquaginta aureorum esse, pretiumque eorum animalium sex aureorum, vir sanus factus stultitiam eius cognovit. Senem igitur ut abiret antequam medicus domum rediret hortatus est, ne ab eo in lacunam ad mentum curandus coniceretur cum ceteris mente captis.

4.

Cum medicus quidam, Mediolani civis, dementes et insanos ad se delatos curaret quoad sani facti esse viderentur, unus ex eis post curationis quindecim dies resipiscere coepit. Qui, a curationis cruciatu exemptus, ex aqua foetida et obscena lacunae reductus est, ea tamen condicione, ne aream egrederetur. Ei super ostium stanti accessit equester iuvenis cum accipitre et duobus canibus aucupio accommodatis. Novitate motus iuvenem rogavit de pretio totius anni captarum avium, quod sexaginta aureos non excedebat, et de impensa equi, accipitris, canumque, quae quadraginta aureorum erat. Cum stultitiam equestris iuvenis intellexisset, ille vir eum exhortatus est ut ocius abiret, ne a medico domum redeunte in lacunam coniceretur curandus atque in aqua usque ad mentum collocaretur, tamquam insanissimus omnium qui vivant.

2 Indica se l'affermazione è vera, falsa o non deducibile dal testo (7)

	Verum	Falsum	Non liquet
1. Medicus quidam Mediolani dementes et insanos domi curabat.			
2. Ille profundius in aquam mergebat eos qui insaniiores erant.			
3. Post paucos dies qui insani adducebantur sani egrediebantur.			
4. Quidam, cum ad sanitatem reductus esset, rogavit medicum aquam.			
5. Cum iuvenis eques accessisset, vir ex eo quaesivit quo veheretur cum accipitre et canibus.			
6. Eques affirmavit sibi equum canesque et accipitrem nulla impensa esse.			
7. Eques admonitus est ut inde velocius abiret ne insanissimus a medico putaretur neve in aquam collocaretur.			

3. Scegli la risposta corretta (comprensione) (8)

Cur medicus dementes et insanos aqua atque inedia macerabat?

- a) Quia eos hoc modo sanos futuros esse existimabat.
- b) Quia mente capti furere statim desinebant.
- c) Quia insani in lacunam aquae foetidae atque obscae adducti erant.
- d) Quia eos ad se delatos sibi vindicare cupiebat.

Quomodo insani curabantur?

- a) Insani brevissimo tempore nudi ad palum ligabantur.
- b) Insani nudi ad palum ligabantur et omnes in aqua altissima mergebantur.
- c) Insani nudi ad palum ligabantur et in lacuna aquae foetidae atque obscenae pro insaniae modo mergebantur.
- d) Insani in lacunam aquae foetidae atque obscenae adducebantur et nudi usque ad genua ligabantur.

Quid medicus fecit cum aeger resipiscere coepit?

- a) Ex area eum reduxit.
- b) Aegrum (in) domum suam misit.
- c) Ex aqua eum reduxit.
- d) Ei permisit ut exteriorem ianuam egrederetur.

Cur medicus hominem a cruciatu exemit?

- a) Quia eum usque ad femur posuerat.
- b) Quia homo post quindecim dies resipiscere coeperat.
- c) Quia homo curatorem rogaverat ut ex aqua reduceretur.
- d) Quia homo aream egressus erat.

Cur homo diligenter medici mandatis paruit?

- a) Quia universam domum perambulare cupiebat.
- b) Quia super ostium stare cupiebat.
- c) Quia advenientem iuvenem equestrem viderat.
- d) Quia lacunae timore captus erat.

Quid homo, stans aliquando super ostium, ex iuvene qui accesserat primum quaesivit?

- a) Homo primum quaesivit quo iuvenis iturus esset.
- b) Homo primum quaesivit quid esset illud quo veheretur et quare hoc teneret.
- c) Homo primum quaesivit iuvenis medici mandatis diligenter paruissetne.
- d) Homo primum quaesivit qui eius comites essent.

Postquam iuvenis equi, canumque et accipitris impensam patefecerat, homo sanus factus dixit:

- a) se iuvenis stultitiam admirari.
- b) si a medico eius stultitia comperta esset, se in lacunam aquae foetidae iuvenem collocatum esse.
- c) equi, canumque et accipitris impensam sex aureos non excedere.
- d) iuvenem, si a medico eius stultitia comperta esset, usque ad mentum in aquam summam collocatum iri.

Denique homo sanus factus iuveni ostendit:

- a) aucupii causa hominem stultum fieri.
- b) stultorum ingentem esse numerum.
- c) aucupii studium esse summam stultitiam nisi vero multam pecuniam comparandam habeamus.
- d) omnes stultos aucupii studio teneri.

4. Scegli il sinonimo, o la spiegazione che meglio corrisponde al testo (8)

(rr.1-2) Qui ad se delatos intra certum tempus sanandos suscipiebat:

- a) qui dabat operam ut eos qui ad se delati erant intra certum tempus sanaret.
- b) qui cupiebat ad se insanos intra certum tempus deferri.
- c) qui iuravit insanos intra certum tempus se curaturum esse.
- d) qui dabat operam ut insani ad se deferrentur.

(r. 5) pro insaniae modo:

- a) quia omnes gravissimo morbo afficiebantur
- b) pro suo quemque morbo
- c) priusquam morbus cresceret
- d) pro suo quemque sensu et dolore

(rr. 8-10) Cui cum diebus aliquot paruisset, ut universam domum perambularet....permisit:

- a) Cum praecepta medici diebus aliquot audivisset, ille medico permisit ut universam domum perambularet
- b) Cum ille praecepta medici diebus aliquot audivisset, medicus ei permisit ut universam domum perambularet
- c) Cum ille diebus aliquot medico pepercisset, medicus ei permisit ut universam domum perambularet
- d) Cum medico visum esset, ei permisit ut universam domum diebus aliquot perambularet

(r. 9) item ut:

- a) qui
- b) cum
- c) postquam
- d) ea condicione ut

(r. 15) si libet:

- a) si licet
- b) si te decet
- c) si utile est
- d) si tibi placet

(r. 20) **conferas:**

- a) expetas
- b) ducas
- c) dimittas
- d) colligas

(r. 24) **compererit:**

- a) reduxerit
- b) comparaverit
- c) repererit
- d) restituerit

(r. 25) **ultra omnes:**

- a) plus quam ceteros (anche praeter ceteros)
- b) inter ceteros
- c) cum ceteris
- d) praeter modum

5. Scegli la risposta corretta (grammatica) (8)

<p>1. delatos (r. 1) è</p> <ul style="list-style-type: none">a. gerundivob. aggettivo qualificativoc. participio perfettod. infinito perfetto <p>2. rogare ut (r. 7) introduce una subordinata:</p> <ul style="list-style-type: none">a. completivab. finalec. consecutivad. causale <p>3. aliquot (r. 9) è:</p> <ul style="list-style-type: none">a. avverbiob. aggettivoc. congiunzioned. preposizione <p>4. egredi (r. 11) è</p> <ul style="list-style-type: none">a. imperativo presenteb. infinito passivoc. infinito deponented. indicativo perfetto	<p>5. quid (r.18) è</p> <ul style="list-style-type: none">a. avverbio indefinitob. aggettivo indefinitoc. pronome interrogativod. congiunzione causale <p>6. quarum capiendarum causa (r. 19) è</p> <ul style="list-style-type: none">a. Complemento di causab. Complemento di specificazione e nominativoc. Subordinata causaled. Subordinata finale <p>7. domum (r. 24) è</p> <ul style="list-style-type: none">a. Complemento oggettob. Genitivo pluralec. Nominativo neutro singolared. Complemento di moto a luogo <p>8. omnium (r. 24) è</p> <ul style="list-style-type: none">a. Genitivo partitivob. Genitivo di specificazionec. Nominativo neutro singolared. Accusativo maschile singolare
--	---

6. Trasforma le frasi come viene indicato (6)

1. Fuit olim civis Mediolani dementium et insanorum medicus (r. 1)
(sub. infinitiva) Narrant
2. ad se delatos intra certum tempus sanandos suscipiebat (rr. 1-2)
(sub. finale) ad se delatos ut suscipiebat.
3. Cui cum diebus aliquot paruisset (r. 9)
(sub. temporale) Postquam
4. Stans vero aliquando super ostium (r. 11)
(sub. temporale di contemporaneità) Cum
5. advenientem equestrem iuvenem (r. 12)
(sub. relativa)
.....
6. 'Accipiter,' respondit, 'et aucupio aptus querquedularum et perdicum.' (r. 17)
(sub. oggettiva) Respondit id
.....